Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Misericordiam autem meam non dispergam
ab eo: neq nocebo in ueritate mea.
Neque profanabo testamentum meum: et quae
procedunt de labiis meis non faciam irrita.
Semel iuraui in sancto meo: si dauid mentiar:
semen eius in aeternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in conspectu meo.
et sicut luna perfecta in aeternum:
et testis in caelo fidelis. Op.
Tu uero reppulisti et despexisti: distulisti
xpm tuum.
Euertisti testamentum serui tui: profanasti
in terra sanctuarium eius.
Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firma
mentum eius formidinem.
Diripuerunt eum omnes transeuntes uia:
factus est opprobrium uicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentium eum.